


Biblioteka
UMK
Toruń

430244

CONSPECTUS
MORBORUM, INTER ANIMALIA
OBSERVATORUM,
NOSOLOGICUS.

VILNAE

1824



430244

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICO-VETERINARIA,
MORBORUM INTER ANIMALIA
DOMESTICA OBSERVATORUM

I N D I C E M

SINGULORUMQUE CONSTANTISSIMA
SIGNA

EXHIBENS,

ADNEXA SYNONYMIA GERMANICA,
GALLICA, ROSSICA ET POLONICA,

QUAM

*IN CAESAREA LITTERARUM
UNIVERSITATE VILNENSI,*

PRO

DOCTORIS MEDICINAE

JURIBUS AC HONORIBUS RITE CAPESSENDIS,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ADAM. FERDINAND. ADAMOWICZ,

LITHUANUS,

MEDICINAE MAGISTER.

ANNO MDCCCXXIV, DIE XXXI. MAJI.

3247

VILNAE.

Typis B. Neumann.



1824

Licet excudatur, ea lege, ne prius veneat,
quam exempla, legibus praescripta, apud Censo-
rum Collegium sint deposita. Vilnae 11. April.
1824.

Dr. L. BOJANUS,

*a Consil. Status, Eques, Veterinariae
Medicinae et Anatomes compar. Prof.
publ. ord.*

430244



K. 697/72

CELSISSIMO
PRINCIPI
ADAMO. ADAMIDI
CZARTORYSKI
BONARUM. ARTIUM. FAUTORI

3247



HASCE
QUALES CUNQUE
IN. UNIVERSITATE. VILNENSI
PRIMITIAS. VETERINARIAS
INAUGURALES

Devota. mente

d. d. d

AUCTOR

CHURCH

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

1855

I N T R O I T U S.

Dissertationi elaborandae thema quoddam exquirens, morborum quibus animalia domestica male habentur *indicem nosologicum*, in quo perficiendo cruditos passim viros frustra desudasse compertum est, ipse tiro in arte veterinaria, non elegerem profecto, nisi Ill. ac inclyti Professoris *L. H. Bojani*, cujus in hanc scientiam lectionibus, absoluto studio medico, triennium interfui, doctrina innixus, privatoque insuper ejus consilio atque continua quadam manuactione adjutus essem.

Enim vero si, quae in cell. *Vitet*, *Hennemann*, *Camper* (b), *Nebel*, *Müller* (a), *Bergmann*, *Greve*, libris et dissertationibus (in indice litterario ad calcem hujus dissertationis suis locis fusiùs indicatis) ad nosologicum morborum inter animalia conspectum faciunt, recte ponderes et auctorum in veterinaria re fide dignissimorum descriptionibus conferas, facile intelliges, alios — multos morbos animalibus domesticis peregrinos hisce, merae universae medicae doctrinae analogia ductos temere adscripsisse; alios, ad incongruum prorsus locum retulisse singulos mor-

hos, vera scilicet eorum natura ignorata; iterum eosdem morbos diverso nomine passim et quam diversissimo systematis loco venire atque pro diversis morbis vendi; saepe in minutiores disputationes specierum morborum excurrere alios; omnes insuper mera fere aegritudinum nomina in elenchum nosologicum excepisse, ut, deficiente nota symptomatum pathognomonicorum, nihil de natura morborum, neque utrum congruo loco veniant statuere liceat; denique plurimos systema nosologicum quoddam in classes, ordines, genera et species distributum, pridem paratum habuisse, cui e veterinario morborum apparatu nomina quantum fieri potuit numerosissima insererent, mire laborantes ne lacunarum nimium in suo systemate relinquerent.

A qua mala methodo tutissime cavetur, si merae morborum *species*, (ut praeter quas in rerum natura nihil generum, ordinum classiumque existat), ab idoneis in arte veterinaria auctoribus, visae et certis signis descriptae colliguntur, procul habitis omnibus auctoritate observatoris fide digni destitutis.

Hoc tramite, monente *cel. Praeceptore*, incedenti, morbi animalium singuli pridem stabiliti et perspecti ut melius uno intuitu conspici atque analogis hominis aegritudinibus conferri possent, in *ordinem* aliquem *nosologicum* redigendi erant, in quo opere simplex rerum et clara expositio magis, quam systematis nosologici lecti prae aliis praestantia respicienda videbatur.

Ita etiam singulis morbis indicatis *signa*

sua pathognomonica adjicienda erant, ut, si qua aliquis eorum minus idoneo nosologici ordinis loco exceptus fuisset, errori facile patienti, facilius consuli posset.

Ceterum quominus succinctae tali morborum descriptioni aliquid ad perfectam eorum cognitionem eruendam deesset, idoneus aliquis *auctor veterinarius*, qui uberiolem et fide dignam hujus aegritudinis historiam tractasset, protinus citandus erat.

Multum demum attentionis synonymiae morborum tribuendum erat, ut qua duce et variorum auctorum de iisdem morbis diversae opiniones statim eminent, et mox, consultis eorum aliorumve descriptionibus, frequentissimi ubique de indole morborum errores absque difficultate erui possent.

In qua synonymia colligenda, praeter *latinam*, *germanicam* et *gallicam* prae ceteris nobis excipiendae videbantur, lectis tamen ne nimia nominum mole opusculum opprimeretur potioribus solummodo et praecipuis auctoribus citatis qui iis usi essent, vel e vernaculis linguis copiosiora collegissent.

Subjunxi demum synonymiam *ruthenam* et *polonicam* in qua ultima, vel e populi sermone vel e libris veterinarii argumenti polonicis quibuscunque quos compellere potui, colligenda non mediocrem operam posui. Atque quidem in hanc collectionem quaelibet morborum nomina etiamsi male lecta, vel absona prorsus, admisi; scilicet ut ad suum locum, e mero nomine non facile patientem, cuncti

morbi referrentur; ad finem semper variarum denominationum ablegata, et literis cursivis distincta illa quae rei aptissima et prae ceteris omnibus recipienda videbatur.

Quodsi quo ad plurimas alias hujus dissertationis partes totus fere alienus sim, hanc tamen synonymiae polonicae veterinariae collectionem successu temporis forte magis perficiendam, mihi soli vindicare possum.

Ceterum index hic morborum *equinum* et *solidungulorum* genus potissimum respicit, ita tamen ut ex *cornutorum*, *ovium*, *suum*, denique *canum* praecipuis morbis suus concessus sit locus.

Reliqua, ntpote minoris momenti, nec solidis ubicunque observationibus immixa pro tempore negligi potuisse credidi, eo magis, quoniam, ne nimis transgrederer dissertatiunculae limites, compendio erat studendum. Quare etiam auctorum frequenter adductorum, tractatus atque opera ad calcem dissertationis ordine alphabetico congeffi, literisque, ubi necessarium erat, singulis singulorum opusculis adjectis curavi, ut, in textu citata, commode in hoc indice literario possent investigari.

CLASSIS I.

PYREXIAE s. FEBRES.

Post horrorem pulsus frequens, calor maior, secretiones ac excretiones laesae, viribus praesertim artuum imminutis.

I. FEBRES SIMPLICES.

Pyrexia sine morbo locali primario.

1. FEBRIS INFLAMMATORIA.

Synocha. Entzündungsfieber. Fièvre inflammatoire. Mal de bois. Mal de feu. Maladie d'Espagne. (*La Fosse*). Maladie de chaleur. M. du sang de rate. (*Tessier*). M. de sang des brebis. (*id*). Воспалительная горячка. (*Уд.* 35.) Febra albo zaziębienie? (*Hip.* 110.) Zapalenie końskie? (*Haur.* 26). Zapalenie. (*N. Ap.* 2). Choroba hiszpańska. (*ib.*) Febra żółciana? (*Przep.* 3). *Gorączka zapalna.*

Horror, calor auctus, respiratio accelerata, cordis pulsus latens, arteriarum vero durus, contractus neque explicitus, frequens; tunicarum mucosarum rubor pressior roseo, siccitas organorum secretoriorum et excretoriorum, situs corporis plurimum erectus; sensuum stu-

por et obnubilatio; sanguis e vena missus, pressi coloris, in simplex coagulum tendens.

Veith. II. 22. *Waldinger.* (b) I. 88. (a) 121. *La Fosse.* (c) III. 144. *Tessier.* 1-104. et in *Aus. Beytr.* I. 73. *Chabert* in *Instr.* 1793. 102. dicit morbum sylvaticum.

2. FEBRIS PITUITOSA.

Febris gastrica. Schleimfieber. Fièvre gastrique. Мокрошная горячка. Febra nerwowa flegmista? (*Piq.* I. 158.) *Gorączka flegmista.*

Horror et calor, respiratio accelerata, cordis pulsus apparens, arteriarum mollis saepe plenus, explicitus, facile comprimendus, debilis et frequens, tunicarum mucosarum pallor saepe flavedo, secretionum et excretionum profusio, frequens et multa pituita, unde morbi nomen. Socia semper affectio systematis digestionis, subinde etiam lymphatici, interdum aliquid biliosi.

Veith. II. 111. *Wald.* (a) 169. (b) 25. (d) 99.

3. FEBRIS PUTRIDA.

Typhus. Synochus putris. Faulfieber. Fièvre putride, F. ataxique. Гнилая горячка (*Уд.* 36.) Febra zgnila (*Przep.* 5.) *Gorączka zgnita* (*Rud.* (b) 188).

Horror et calor minus intensus, cordis pulsus impetuosus, frequens, interdum duplicatus, arteriarum ille mollis, debilis interdum pleniusculus, facile comprimendus atque frequentissimus; tunicarum mucosarum pallor quin livor; secretiones et excretiones profusae et facile colliquativae vel in putrescentiam tendentes.

Veith. II. 51. *Walding.* (a) 173. 177. (b) 122.

Huc referendae species:

a. *Pestis ovium.*

Die Schaafpest. Peste des brebis. Чума овецъ. *Zaraza owcza* czyli mor. (*Piqt. I* 263).

Dévilleine. cf. Aus. Beytr. III. 152. Tolnay. 155.

b. *Morbis ruber ovium.*

Die rothe Krankheit. Maladie rouge. Febra nerwowa ciężka. (*Piqt. I. 257.*) *Zaraza krwista*, (*Rud. (b) 166*) *gorączka owiec zgnila.*

Incedit cum diarrhoea sanguinolenta; non confundendus cum sanguineo qui febrī carbunculosae aut inflammatoriae pertinet; de quo supra N. 1.

Tessier et in Aus. Beytr. I. 3. Flandrin in Instr. 1790. 323.

Ceterum febris putrida potest esse:

- A. *Primaria*; quae non ex alio morbo praevio.
- B. *Secundaria* ex alio morbo, v. c. ex febr. inflam. carbunculosa.
- C. *Contagiosa*; non quaelibet enim febris putrida contagiosa.
- D. *Nervosa*; soporosa cerebri affectione socia.

II. FEBRES COMPOSITAE.

Pyrexiae locali affectione socia, necessaria, characteristicā.

A. ANTHRACES.

Febres locali affectione inconstante, vaga, polymorpha.

4. FEBRIS CARBUNCULOSA.

Lienitis. L. erysipelatodes (*Adami*). Morbus sibiricus. Febris ataxo-dynamica. Anthrax vagans. Milzbrandfieber, Karbunkelfieber. Lungenbrand (*Kausch*). Sommerseuche (*Rumpelt*). Anthraxfieber (*Veith*). Milzseuche. Sumpffieber. Wildes Geblüth. Blutkrankheit (ovium). Brandblut (suum). Bermat in *Helvet.* etc. Fièvre charbonneuse. Charbon. Typhus charbonneux. Epidemie A. 1731. 1763. (*Vitet*). Le coup de sang. (*Tessier*). Maladie de sang des brebis (*id*). Mal de bois. La Misse (*Déveillaine* in bubus). Vertige abdominal (*Gilbert*). Змѣнной поспрѣль, Аппоноуъ огонь въ селезенькѣ (*Уд.* 79.) Сибирская бо- лѣзнь. (*Heyroth*) Злая гнилая горючка? (*Елиз*) Zapalenie śledziony (*Rud.* (b) 162. *Piqt.* I. 226). Gangrena wewnętrzna (*Rohl.* 202). Zaraza śledziony (ib. 38). Ogień piekielny śledziony (*Wol.* 24). Febra mefityczna (*Piqt.* I. 131). Febra z zapaleniem śledziony (ib. 144.) *Gorączka karbunkulo- wa.*

Horror calorque auctus, extremis saepe frigescentibus, sensuum stupor, respiratio accelerata, cordis pulsus strenge latens, arteriarum parvus, facile delitescens, frequens, tunicarum mucosarum color e rubro atropurpureus; secretiones et excretiones ab initio retentae, versus finem morbi passim colliquativae; frequentes frigidi et molles tumores subtercutanei; sanguis e vena missus ater; decursus mali rapidissimus; quodsi forte protrahatur, febris putridae mox apparatu symptomatum socio incedit. (v. N. 3.) Malum epizooticum per diversa genera animalium regnans, certo fasti-

gio contagiosam assumens naturam, cunctis animalibus ipsique homini infestam.

Kausch. (a). (c). *Adami.* (b) 61. *Paulet.* (a) I. 292. II. 449 et (b) *Chaignebrun.* *Tessier* in *Aus. Beytr.* II. 5. *Wohler.* *Veith.* II. 120. *Bojanus* (a) 102. 111. et morbi peculiaris decursus in equis. 139. n. 46. *Laubender* (a) et (b) I. 2. 337. *Pallas.* III. notio de hoc morbo in Sibiria. *Bunge.* *Heyroth.*

De morbo in hominem translato qui pol. *Czarna krosta* dicitur cf. *Bojanus.* (a) 106 n. 36. *Paulet* (a) I. 140. II. 268. *Veith* II. 152. *Hufeland.* 1811 - 15 - 22,

a) *Carbunculus,*

Anthrax. Lienitis erysipelatodes (*Adami*). Morbus carbunculosus. Cephalitis. Anticardiacia pestis (*Sauvag.*) Milzbrand. Karfunkel. Milzbrandbeule. Karfunkelkrankheit. (*Glaser*). Beulenseuche. Sibirische Krankheit. Maladie charbonneuse. Charbon. C. simple, composé, blanc, noir; *sylvaque nomenclatura* (*Chabert*) Louvet, Lovat. (*Déville*). Le Tachet (*id*). Avant-coeur, Anticoeur (*Sauvag.*) Огненной вередь. Карбункуль. (Уд. 47.) Желваки или Сибирская Язва. (*ib.* 171) Dymienica, Karfunkuľ (*Piat.* I. 231.) Wilk. (*Dyk.* VIII. 767. Zimny ogień, Ogień S. Antoniego (*Piat.* *ib.*) Gangrena zewnętrzna (*Rohl.* 172) Wrzód piersiowy (*N. Ap.* 75), *Karbunkuľ.*

Praevia febre carbunculosa, tumores frigidi, subcutanei, molles, plus minus diffusi, dere-

penite pullulantes, cum sensuum stupore, mox febre putrida subeunte.

Bojan. (a) 145. *Veith.* II. 125. *Paulet* (a) I. 142. II. 245. 336. A. 1760. *Glaser.* *Adami* (b) 61. *Chabert* (b) et *Instr.* 1790. 127. *Gilbert* (a).

5. GLOSSANTHRAX. (*Sauv.* II. 360).

Carbunculus linguae. Aphthae malignae (*Adami*). Zungenkrebs, Böses Maulweh. (*id.*) Zungenanthrax (*Veith*). Zungenkarfunkel, Zungenbrand, Zungenfäule. Plarre. Charbon à la langue. Chancre volant. Vessie à la langue. Ракъ на языкѣ (*Емуз.*) Вередъ на языкѣ (*Уд.* 92.) Rak językowy (*Pigt.* I. 254). Zaraza językowa (*ib.*) Gurdziel? (*ib.* II. 97). Pryszczolki na języku? (*Bek.* 54). *Karbunkul języka.*

Febris carbunculosa cum salivatione, lingua tumente, phlyctaenis tecta.

Fracastori. I. 12. c. primus mentionem fecit. *Paulet* (a) I. 86. 102. 165. *Adami* (b) 113. *Bojanus* (a) 199 et 204. *Veith.* II. 180. *Scheuchzer.* *Scherf.* VI. *Haveman* in *Scheibeler* II. 305.

6. ANGINA CARBUNCULOSA SUUM.

Cynanche carbuncularis (*Veith.*) Halsanthrax (*id.*) Die Bräune. Die Kehlsucht. Die Kribelsucht. Wildes Feuer. Дикой огонь. Жаба (*Уд.* 163.) Zapalenie gardła (*Rud.* (b) 171). Skwinancya (*Pigt.* I. 270). Swinie wrzody (*Syr.* 8.) Slinogorz (*id.*) vulgo *Zawałki.* *Slinogorz karbunkulowy.*

Febris gravissima cum virium dejectione, caput demissum, respiratio stridula, deglutitio impedita, tumor in colli regione circa laryn-

gem vel ad pectus descendens, magis tensus quam in aliis carbunculi speciebus, lingua subcoerulea, tunica oris et narium livens vel atropurpurea; morbus intra nycthemerum in mortem pronus.

Veith. II. 188. *Frenzel* (a) I. 391. *Scheibeler.* II. 279.

7. SETA ALBA.

Die weisse Borste, Die Borstenfäule. La Soie blanche. Soie des cochons. Pique. Soyon. Le Piquet. Пархы у свиной (Уд. 157. et *Seuchen.* 122.) cum plica polonica hominis immerito comparat. Opadanie szczecin (*Rohl.* 263). Szczec' zgnila (*Piq.* I. 274) Zgnilizna szczeciny (*Rud.* (b) 189).

Tumor a latere colli infra maxillam; setae ibi eriguntur albescentes, unde morbi nomen; socia febris acutissima, accedunt facile convulsiones, decursus rapidissimus.

Veith. II. 193. *Chabert* in *Instr.* 1791 193. *Frenzel* (a) I. 383.

8. STOMANTHRAX HORDEOLUM SUUM.

Granulum palati (*Tolu.* 196). Das Rankkorn. Дикое Мясо въ нѣобѣ. Krosta (*Rohl.* 254) Jęczmień (*Piq.* I. 271). Rankorz. Jęczmik u świń. (*Rud.* (b) 190).

Vesiculæ magnitudinis pisi, ab initio albae, dein discolores et sphacelosae, cavum oris, praecipue palatum obsidentes, socia febre carbunculosa.

Veith. II. 187.

9. PUSULA.

Ignis sacer (ovium et suum). Ignis S. Antonii. Erysipelas contagiosum. Die Rose. Das Antoniusfeuer. Feu des brebis. Feu sacré. Feu St. Antoin. Лемучий огонь. Piekielny ogień (*Piqt. I. 262*). Róża (*Rud. (b) 170*). Róża karbunkutowa.

Febris carbunculosa socio tumore erysipelatoso, in abdominis vel thoracis regione.

Paulet (a) I. 49. II. 260. Veith. II. 193. Chabert in Instr. 1790. 212. Tolnay. 174.

B. EXANTHEMATA.

Febres cum efflorescentia per cutim essentiali.

10. URTICARIA EQUORUM. (*Bojanus (b)*).

Ephemera equorum. Aufwallung d. Geblüths. Beulenfieber. Eintägiges Fieber. Alltagsfieber. Aufwallungsfieber. Hitzblattern. L'Ebullition. Крапивная сыпь. Zburzenie krwi (*Dyk. VIII. 271.*) *Wyszypka pokrzywkowa.*

Motus febriles, non graves, unius vel paucorum dierum, socia eruptione papularum in cutis superficie, passim aliquid humoris lymphatici concipientium.

Frenzel (a) I. 132. Tolnay. 70.

11. VARIOLAE. s. MORBUS VARIOLOSUS.

a) *Variolae ovillae.*

Schaafspocken. Schaafsblattern. Le Claveau. La clavellé. La picotte. Оспа овечья. Ospica (*Ap. I. 239. Bek. 60*). Ogień piekielny owczy. (*Dyk. IV. 178*). Ospra

owiec. (*Rud.* (b) 160). *Owczka ospa.* (*Piq.* I. 259).

Simillimae illarum humani generis. Pyrexia socia eruptione papularum inflammatarum, halone rubra cinctarum, quae in pustulas sublevantur, in suppurationem et crustas a 12 die abeunt, relictis cicatricibus lana expertis. Eruptio fit septimo die a contagio suscepto; sunt contagiosae sed non transfunduntur in alia animalia.

Chabert in *Inst.* 1790. 313. *Gilbert* (c).
Paulet (a) I. 91. 151. 267. *Fink. Sick.* (a).
Salmuth. Müller (b). *Hausmann. Tolberg.*
Mogalla. (b).

b) *Variolae caninae.*

Lues canum. Hundspocken. Hundestaupe *false.* La maladie des chiens, la morve d. chiens. (vid. N. 36). La petite verole des chiens. (*Instr.*) Собачья оспа. *false* Nosaczna; *Ospa psów.*

Morbus contagiosus semel corpus invadens, lassitudine ab initio et morositate, quarta die febre insignitus, socia rubrarum macularum eruptione in pustulas suppurantes abeuntium.

Wald. (d) 56. *Instr.* 1791. 289.

c) *Variolae vaccinae.*

Kuhpocken. Schutzpocken. Schutzblattern. La vaccine. Cow-pox *Ang.* Коровья оспа. *Krowia ospa.*

aa). *Verae.* (*Jenneri*).

Vesiculae limpidae, subcoeruleae, ubera vaccarum tenentes, incluso variis cellis fluido aquoso, colore experte, quidquid viscido. Circa vesiculas halo rubra a quinta die post

eruptionem ad octavam increscens, vesiculis ab inde foveam in medio gerentibus et versus decimam quartam diem in crustam serius deciduam abeuntibus. Socia febricula a 7^a ad 9^{am} diem, vix unquam gravis. Morbus frequentior vere in vaccis nuperrime enixis; arceat insitione variolas humanas.

Jenner. Viborg. IV. 355.

bb). *Spuriae. (Viborg.)*

α). Succineae; Nissenii.

Vesiculae foetidi odoris, coloris brunei, facile in ulcera foetida abeunt, socia febre graviori. Movent homini ulcera mala nec tutum reddunt versus variolas humanas.

β). Nigrae.

Pustulae majores nigricantes, halone exigua praeditae, in ulcera exedentia minus gravia abeunt.

γ). Coeruleae; Nissenii.

Pustulae minores, pressius coeruleae quam verae, halone exigua rubra cinctae, in ulcuscula abeunt, humanum genus a variolis haud arcentes.

δ). Bullosae; Günzelio descriptae.

Vesiculae sine cellis, facile rumpuntur, collabuntur et exsiccantur.

ε). Albae; Jenneri.

Vesiculae grandiores, fluido albescente mucoso repletae, homini tangenti ulcera moventes, nec tutum a variolis reddentes.

ζ). Rubrae; Heinzi.

Pisi magnitudinis et prorsus rubidae, tenent papillas uberum, facile dirumpuntur

et crustam agunt bruneam ulceri superficiali impositam, cursum intra octiduum absolvunt; homini contagiosae, sed non arcent humanas variolas.

η). *Verrucosae; Viborgii.*

In uberibus granorum synapis ad instar, papulae albescentes dein rubentes et paulum volumine crescentes, crusta brunea, subtus repente pure; saepius indurescunt absque suppuratione praevia, induratae sero decidunt, interdum continuo restant verrucarum instar, unde nomen. Species haec solis vaccis contagiosa, nec homini.

Viborg. IV. 376.

d) *Variolae equinae.*

Crura purulenta. (nomen cunctis retro phalanges morbis commune). Die Mauke. Die Schuzmauke. (*Viborg*). Les eaux. Eau aux jambes. Grease. *Angl.* Оспа лошадей. *vulgo* Gruda. *Ospa Koni.*

Post febrem leviolem eruptio pustularum retro primam phalangem, quae facile rumpuntur humoremque peculiaris odoris stillant, ab initio limpidum dein puriformem. Ad bovilium genus traductus movet variolam vaccinam (observante *Jennero* et probante *Viborgio*). Non confundendus morbus cum alio eorum chronico legitime *crura purulenta* dicto (cf. N. 137. a).

Jenner. Viborg. IV. V. 271. Greve. II. 128. Niemann. (a) II. 90.

e) *Variolae suillae. (Ruling).*

Schweinspocken. Оспа свиной. *Ospa prosiat?* (*Piq.* I. 273). *Ospa swiń.*

Pustularum eruptio 4-5-6 die, suppuratio 10, exsiccatio 13-14.

Greve II. 176. 10.

12. MORBILLI OVIUM. (*Reuss*).

Communi *Tussis ovium* nomine veniunt. Masern der Schaafe. La rougeole. Корь овецъ. *Odra owiec.*

Febris triduo in exanthema tendens maculosum, vix exstans, socia gravi tussi. Malum epizooticum et intra genus ovillum contagiosum.

Greve I. 203.

C. PHLEGMASIAE.

Phlogosis partis alicujus febre socia.

13. ENCEPHALITIS.

Phrenitis. Cerebri inflammatio. Rasender Koller. Hirnentzündung. Hitzige Kopfkrankheit. Hirnwuth. Vertige. Vertigo. Gonet in bubus (*Dévil.*) Воспаление мозга. Zawrót wściekły. (*Ap. I. 93*). Febra mózg zapalająca (*Przep. 19*). Dżiki wartogłowy koń. (*Rohl. 108*.) *Wartogłowość. Zapalenie mózgu. (Piq. I. 27.)*

Febris gravissima cum delirio furioso, agitatione furibunda cum sopore alternante, oculis splendidis, trucibus et rubicundis, lucis et strepitus summa impatientia. Aggreditur equos, interdum hoves.

Veith. II. 43. Wald. (b) I. 182. Rumpelt. 45. in vaccis. Wolst. (f) 62.

14. OPHTHALMIA FEBRILIS.

Ophthalmitis. Oculorum inflammatio febrilis. Augenentzündung. Inflammation des

yeux. Воспаление глазъ. Глазная бо-
лезнь. (Рос. К. IV. 46). *Zapalenie oczu.*

Febris cum tumore et rubore oculi, palpe-
bris aliquid tumentibus clausisque ad lucem,
calore et dolore circa oculum, visu obnubila-
to; saepissime chronicum malum. (cf. N. 88.)

Ammon. Dieterichs. 260. *Wolstein* (c)
106. 91.

a) *Ophthalmia epizootica; in bubus,*
Augenstäupe. Augenseuche. *Zapalenie o-
czu panuiqce.*

Wald. (b) 212. *Veith.* II, 229.

15. OTITIS.

Aurium inflammatio febrilis. Ohrenent-
zündung. Ohrenzwang. Inflammation de
l'oreille. Воспаление ушей. *Zapalenie
uszu.*

Febris cum capitis agitatione et inclinatio-
ne in alterutrum latus, socio calore juxta au-
riculae basin; tumet aliquando et dolet haec
pars, saepeque in abscessum trahitur.

Frenzel (a) III. 11.

16. CATARRHUS NARIUM.

Coryza. Schnupfen. Schaafrotz. Rume.
Morlondure. (*Paul.* (a) II. 318). Спуде-
нець. Насморкъ. (Рос. К. IV. 167). Сапъ
овецъ. Воспалишельный Насморкъ.
Уд. 147). Katar. Smarkocizna. (*N. Ap.* 39.
Ap. II 51. *Piat.* I. 102). *Nosacizna o-
wies.* (ib. 265).

Febris cum phlogosi membranae pituitariae
narium, socio rubore, dejectione frequenti hu-
moris limpidi, dein mucosi et puriformis, tus-

sique. Morbus in ovium genere frequentissimus.

Frenzel (a) III. 144.

Huc referri posset *Lues canum* de qua v. N. 56.

17. MORBUS GLANDULOSUS EQUORUM.

Morbus glandulosus benignus. Scrophula equina. Adenitis. Die Druse. Drüse. Drüsenkrankheit. La Gourme. La fausse gourme. Желъза или Жаба. (Елиз.) Мышь (Уд. 8. Рос. К. IV. 360). Zolzowanie (Szt. 32). Zolzy katar. (Dyk. VIII.) Katar koński. (Rohl. 97). Zolzy (Hip. 113. Haur. 26).

Febris socia inflammatione membranae pituitariae narium, tussi, dejectione copiosissima e naribus et tumore infra maxillam, vasa lymphatica potissimum vel eorum confinia tenente, inflammato, in suppurationem pronо.

Viborg. III. 273. *Veith*. II. 89. *Frenzel* (a) I. 489. *La Fosse* (d) 45. comparativa tabula e naribus profluviorum. *Tennek*. II. 2. *Erdely*. *Mogalla* (a) I. 89. *Sanders*. Уд. 8. miscet c. angina (Strengel).

18. ANGINA PAROTIDEA.

Morbus glandulosus malignus. Bösartige Druse. Kropf. Feifel. Vivel. Les avives. La Gourme. Воспаление ушныхъ желъзъ. Железа. Жаба. (Рос. К. II. 66). Заушница. Myszy (Hip. 107. Haur. 28. Bal. 27. Piqt. I. 123. Ap. I. 114). Myszy końskie. (N. Ap. 25). Zolzy złe. (Piqt. I. 125). Dusznica. (Dyk. II. 3). Gwiżdż (Kluk. I. 196). Zapalenie gruczołów ślinowych.

Febris gravis cum tumore parotidum et saepe glandularum salivalium sublingualium, ca-

pite porrecto, deglutitione ut plurimum impedita. Morbus equis proprius, e defectu nutrimenti ob impeditam deglutitionem, facile in stadium putridum delapsurus.

Miscetur nonnullis cum praecedenti. (N. 17).

Wald. (a) 140.

19. ANGINA LEGITIMA.

Faucium inflammatio. Cynanche. Pharyngo-laryngitis. (*Veith.*) Die Bräune. Strengel. Strängel (*in genere*). Halsentzündung. Kehlsucht. L'étranguillon. L'esquinancie. Жа́ба. Slinogorz. (*Haur* 165). Dusznica. (*N. Ap.* 22). Nabrzmienie szyi. (*Rohl.* 26). Zapalenie gardła wewnętrzne. (*Piq.* I. 104).

Febris gravis, cum tumore parum notabili, calore doloreque gravissimo faucium regionis, circa et supra laryngem, respiratione stridula, sonora et difficili, capite antrorsum porrecto, deglutitione negata ut infusa quaelibet per nares retrogrediantur. Morbus inter omnia animalia domestica observatus.

Veith. II. 50. *Kersting.* 167. *Wald.* (b) I. 222.

a) *Tracheitis* equorum.

Strenge. Strengel. The strengles. *Angl.* Спуденница. (*Уд.* 8.) Zapalenie wiatrobiorku. (*Bek.* 27). Zapalenie kanału powietrznego.

Respiratio stridula, deglutitio impedita, ceterum anginae symptomata.

Abilg. 33.

b) *Angina epizootica.*

Die Bräune. Halsentzündung. L'esqui-

nancie epizootique. Жаба. Zapalenie gardła panuique.

Angina gregatim boves, interdum equos afficiens.

Paulet (a) I. 362. Epizootie 1762. in bus. II. 8. Epizootie 1770; Basileae A. 1809. observata in cornutis Veterinario *Meyer*.

20. APHTHAE EPIZOOTICAE.

Lues oris. Aphthae pecorinae. Maulseuche. Maulweh. Mundfäule. Sabberseuche. Les Aphthes. Ulcères dans la bouche (*Huzard*). Boucle (*Déville*) Гнилось рина. (Цор. 689.) Болъзнь во рту. Geba ogni-
ła (*Rohl.* 196.) vulgo *Zaba. Zaraza pyskowa.* (*Rud.* (b), 172. *Wol.* 51.)

Febris cum erysipelatosā affectione omnis cavi oris, pustulis ex oris confiniis subinde ad nares usque repentibus, transparente liquore repletis, post ruptionem in ulcuscula passim abeuntibus; aegrotantia mox ab initio a pabuli qualicunque genere abstinent. Indoles contagiosa non ita pridem explorata. Morbus frequens in diverso animalium genere, facile *lui pedum* associatur.

Paulet. (b) I. 272. *Adami* (b) 102. *Bojanus* (a) 186. *Sagar. Glaser. Veith.* II. 197. *Huzard. Instr.* 1793. 158. *Recueil.* 39. Decemb. 452. *Wald.* (b) I. 200. (c) 157.

Huc referri posset *Glossanthrax* de quo v. N. 5.

21. LUES PEDUM.

Claudicatio epizootica. Paronychia epizootica. Klauenseuche. Klauenkrankheit. Fusslähme. Fussseuche. Die Krümme. Tumeur inflam: aux pieds. (*Paulet.* (a) I. 111.)

Ulceres du pied. (*ib.* 401). Maladie contagieuse de 1764. (*ib.* 397.) Perte des ongles. (*Instr.* 1793. 164. in *Aphthar.* descript.). Болѣзнь въ копытахъ. (*Уд.* 188). Zapalenie kopyt. (*Rud.* (b) 173). Ból rapci. (*Piq.* I. 235). Zapalenie rapci fałszywe? (*ib.* II. 98). Zaraza kopyt. (*Bek.* 49. *Wol.* 33.) *vulg.* Pędzenie racic.

Inflammatiō erysipelatosā unguarum coronam atque discrimen occupans, vesiculas exigens saepe in ulcuscula abeuntes, claudicatione et febricula sociis. Morbus lui oris saepissime nuptus vel eam excipiens, in omnibus animalibus domesticis visus, pecori tamen frequentissimus.

Adami (b). 123. *Bojanus.* (a) 186. *Wolstein.* (a). *Glaser.* *Horlacher.*

22. PERIPNEUMONIA.

Pulmonum inflammatiō. Pneumonia. Lungengentzündung. Entzündliches Fieber falso. Peripneumonie. Inflammation de poumons. Воспаление легкаго. (*Уд.* 83.) Возженіе легкаго (*Рос. К.* IV. 100). Одышка. *vulgo.* Dychawica falso. (*Ap.* II. 77). Febra zapalająca płuca. (*Przep.* 13). Drganie. (*Dyk.* I. 708). *vulg.* Przecharśnienie. Zapalenie płuc. (*Piq.* I. 108).

Gravissima febris cum insigni horrore, calore, respiratione frequentissima, sublimi, pulsum numerum passim excedente, motu costarum rotatorio apparente, situ erecto, divaricatis pedibus anterioribus, posterioribus ventri subductis, naribus distensis et quadrangulis; tussis non prorsus necessaria; saepe tertio die subit, ab initio sicca, mox humida. Morbus longe frequentissimus in equino genere.

Veith. II. 58. *Wald.* (a) 141. (b) 257. (d) 119.



a) *Peripneumonia epizootica.*

Lungenseuche. Lungenfäule. Seuchenartige, langwierige Lungenentzündung. Typhöse Lungenentzündung des Hornviehes; *male.* (*Veith II. 232*). Peripneumonie epizootique, gangreneuse, (*Chabert*). chronique (*Huzard*). Pomeliere, Phthésie pulmonaire (*id.*) Murie. Affection gangreneuse des poumons *falso.* Чахотка или гниение легкого. (*Елиз*) Воспаление легкого (*Уд. 83*). Suchoty, gnicie płuc (*Елиз.*) Długo trwale zapalenie płuc (*Rud (b) 181*). Zaraza płuc. (*Bek. 43 Wol. 28. Rohl. 198*).

Febris minus gravis, tussis rauca in dies ingravescens, atque minus sonora evadens, impetuosior tamen, versus finem morbi, profluvium per nares foetidum; decursus facile chronicus. Morbus non contagiosus, saepe stationarius, praecipue bovillum genus invadens. In cadaveribus desudatio copiosissima circa et in ipsis pulmonibus induratis et ponderosioribus.

Bojanus (a). 157. Kausch. (a). Huzard. (c) et Instr. 1794. 195. pro alio morbo habet. Chabert in Instr. 1795. 137. Paulet (a) I. 467. Epizootie 1769. Wolst. (a). Havem. (b).

23. PLEURITIS.

Brustfellentzündung. Pleurésie. Courbature (*nom. gener.*) Воспаление подреберной или грудной плевы. Колошье въ бокахъ (*Рос. К. IV. 100*). Pleura (*Haur. 150. Ap. II. 76*). Drganie boków (*N. ap. 169*). Bolenie boków? (*Szt. 27*). Zapalenie błony piersiowej.

Febris cum respiratione sublimi et accelerata, costarum motu rotatorio minus evidente, thorace dolente ad tactum, pedibus anterioribus divaricatis, in pleuritide unius lateris

unica anteriorum extremitatum porrecta. Aggreditur morbus pleuram thoracicam et pulmonum, frequentissime simul pulmones.

Veith. II. 58. Wald. (a) 155. La Fosse (c) III. 475. ceterum describitur sub peripneumoniae nomine.

24. CARDITIS.

Herzrentzündung. Inflam. du coeur. Воспаление сердца. *Zapalenie serca.*

Signa characteristica nondum perspecta; intercurrunt vestigia obscuriora in auctorum descriptionibus sub communibus signis febris inflammatoriae.

Wald. (b) 324.

25. DIAPHRAGMATIS.

Zwerchfellentzündung. Inflam. du diaphragme. Воспаление диафрагмы или перепонки грудобрюшной. *Zapalenie przegrody piersiowej, muskułu przedziałowego lub przepony.*

Febris gravis, respiratio difficilis et sublimis, singultus; trahuntur viscera thoracis et abdominis in consensum, inde pleuritidis et enteritidis signa socia. Morbus per se rarissimus, frequentior vicinis phlegnasiis supervenit.

Walding. (a) 158. (b) 327.

26. GASTRITIS.

Ventriculi inflammatio. Magenentzündung. Entzündungskolik. Inflam. de l'estomac. Воспаление желудка. *Zapalenie żołądka.*

Febris gravis, ventre tenso, ad tactum dolente, retrospectio, gemitus, agitatio extremi-

tatum violenta, terram pedibus radunt anterioribus, calcitrant posterioribus, humi se se proijciunt subito, iterum derepente prosiliunt, decumbentes volutantur, alvus pertinaciter adstricta, appetitus deletus. Enteritis fere semper socia.

Wald. (a) 159. *Veith.* II. 75:

27. PESTIS BOUM.

Gastritis epizootica boum. Lues bovilla. Typhus boum. Dysenteria contagiosa. Typhus contagiosus boum. Epidemia contagiosa boum, (*Ramaz.*) Lues dysenterica. Armentorum lues. Rinderpest. Hornvie-seuche. Löserdürre. Viehseuche. Typhus der Rinder. Die Uebergalle. Viehpest. Maladie contagieuse. Malad. pestilentielle des bêtes à corne. (*Vicq-d'Azyr.*) Epizootie Boshongroise. (*Buniv.*) Maladie inflam. epizootique (*Huzard* (a)). Epizootie 1745. 1773. (*Paulet*). Зараза погамаро скопта (*Елиз.*) Скопскій падежъ. Моръ. скопская чума (*Уд.* 67). Zaraza rogatego bydla (*Елиз.*) Zaraza zoladkowa (*Bek.* 35). Zatkanie w xiążkach? (*Przep.* 25). Febra pomorowa (*ib.* 39). Zaraza zoladka i biegunki. Xięgosusza (*Wol.* 22). vulgo Pomorka. Zaraza bydłeca. (*Rud.* (b) 101. *Piat.* I. 236). Powietrze bydłece. (*Rud.* (a)).

Horripilatio, calor, oscitatio, moestitia, pedes infra ventrem collecti, agitatio caudae sine causa externa, retrospectio versus ventrem, tussicula, lacrymatio, erosiones in cavo oris iuxta gingivas et radicem linguae; franguntur ruminatio et appetitus, pulsus febrilis, diarrhoea demum cum tenesmo. Morbus soli bovillo pecori inimicus, gregatim invadens (epizooticus) et unica solummodo vice. In ca-

daveribus inflammationis quarti ventriculi vestigia constantia.

Adami (a). (b) 91. *Bojanus* (a) 1. *Veith*. II. 272. *Sick*. (d). *Ramazzini*. *Lancisius*. *Schroek*. *Kanold* (a). (b). *Camper* (a). (c) III. *Metzler*. *Pessina*. *Lux*. *Abilgaard* in *Viborg* I. 1. V. 241. *Buniva*. *Paulet* (a) I. 61. 113. 166. *Epizootie* An. 1745-6 et II. An. 1773. *Krunitz*.

28. ENTERITIS.

Tubi intestinalis inflammatio. Colica inflammatoria. Darmentzündung. Entzündungskolik. Inflammation des intestins. Tranchets. Colique inflammatoire. Воспаление кишекъ. Kolka zapalaiaça (*Piqat* I. 118). *Zapalenie kiszek*.

Symptomata gastritidis similia cum obstructione alvi pertinacissima.

Wald. (b) 330. *Veith*. II. 75.

29. LIENITIS genuina.

Lienis inflammatio. Milzentzündung. Inflamm. dela rate. Воспаление селезенки. *Zapalenie śledziony*.

Febris gravis cum dolore hypochondrii sinistri respirationeque impedita. Dubitandum utrum unquam hic morbus observatus sit, quandoquidem cunctae sub hoc nomine venientes descriptiones febris carbunculosaepertinere videntur.

Wald. (a) 163. *Kersting*. 198.

30. HEPATITIS.

Icteri equorum nomine passim venit. Leberentzündung. Gelbsucht. Inflamm. du foie. Jaunisse. Воспаление печени. Печеночная болѣзнь (Уд. 32.). *Zółtaczk*a.

(*Ap. II.* 108. *Piq̄t. I.* 112). Febra zapalaiaꝥa wątroby. (*Przep.* 18): *Zapalenie wątroby.*

Febris non ubique gravis cum dolore hypochondrii dextri, excretionē alvina parca, rara, minus tincta, subeunte facile colore icterico universi corporis, in membrana palpebrarum interiore, narium et oris tunica aliisque passim pro re nata locis conspicuo. Morbus in equis non rarissimus.

Wald. (a) 164.

31. NEPHRITIS.

Renum inflammatio. Nierenentzündung. Inflamm. d. reins. Воспаление почекъ. Болѣзнь въ почкахъ. (Рос. К. IV. 13.) *Zapalenie nerek.*

Praeter signa enteritidis, dolor regionis lumbalis ad tactum rudiorē, calor ejusdem regionis auctus, urinarum retentio; explorata vesica vacua: sub volutatione solent insidere longius extremitatibus posterioribus, erectis anterioribus; morbo judicato saepe urinae cruentae.

Venit morbus sub communi nomine *Colicae inflammatoriae*, aut *Ischuriae*, *Dysuriae*.

Wald. (a) 163. (b). 384.

32. CYSTITIS.

Vesicae urinariae inflammatio, etiam Ischuriae communi nomine veniens. Blasenentzündung, saepe com. nom. Harnverhaltung. Inflamm. de la vessie, passim latens sub nomine: La retention d'urines. Воспаление мочевого пузыря. Болѣзнь въ пузырь. (Рос. К. IV. 13.) *Zapalenie pęcherzyny* (*Piq̄t. I.* 116). *Zapalenie pęcherza moczowego.*

Enteritidis symptomata, sociis urinarum dejectione difficili atque plurimum dolente, subinde prorsus intercepta, gemitu sub nisu ad mingendum, doloreque in regione pubis; exploratione per^a intestinum rectum instituta, vesica tumet a copiosis urinis et ardet.

White. I. 72.

33. METRITIS.

Hysteritis. Uteri inflammatio. Gebärmutterentzündung. Inflam. de la matrice. Воспаление матки. Zapalenie żywota. (*Bek. 27*). Zapalenie macicy (*Piqt. I. 117*).

Signa enteritidis cum doloribus, imi abdominis, nisibus quasi ad partum excludendum, tumore genitalium externorum et rubore. Sub exploratione per intestinum rectum, regio uteri dolens, tumens et fervida.

Pilger. II. §. 993. 1490.

34. RHEUMA.

Rheumatismus. Rheumatalgia. Rheuma articularum. Arthritis. Hordeatio (*Ruellius*). Emprosthotonus. (*Hennem. 244. absona et genio mali contraria denominatio*). Die Rehe. Râhe. Verfangen. Verschlagen. Rehrkrankheit. La Fourbure. Fourbissure. Forbature. Запаль. Разбиты ноги. (*Рос. К. IV. 323*). Одышка. false. Zachwacenie. (*Bek. 96*). Reumatyzm. (*Piqt. I. 167*). Zarazenie (*Rohl. 109*). Fluxya w nogach. (*N. Apt. 114*). Fluxya końska. (*Szt. 23*). Ochwacenie. (*Hip. 112*). Ochfat. (*Lek. 168*). Ochwat. (*Haur 28. Bal. 40*).

Morbus detinens vaginas musculorum extremitatum, ad substantiam vasculosam angulae usque delapsurus, cum calore extremita-

tum affectarum aucto, gravi claudicatione, incessu plus minus negato, rigore et tremore membrorum. Omnibus extremitatibus affectis, incessus prorsus denegetus, agitatio extremitatum sub decubitu; arteriae metacarpi vel metatarsi pulsus apertior quam sub sana conditione; subit stridor dentium e gravi dolore. Morbus equorum frequentissimus, saepe etiam inter canes, sues, interdum boves.

Sind. Chabert in Instr. 1791. 127. Moggalla (a) 225. Tennek. I. 2. 19.

D. PROFLUVIA.

Pyrexia cum excretionem aucta, characteristicam.

35. DYSENTERIA.

Die Ruhr. La Dysenterie. Крoвaвoй нoнoсь. Czerwonka. (*Haur. 120*). Krwawa dyaryja. (*Ap. I. 109*). Krwawa dysenteryja. (*Przep: 32*). Dysenteryja. (*Piqt. I. 209 Rud. (b) 168*). Biegunka krwawa. (*Ap. II. 104*).

Pyrexia cum dejectione alvina frequente, parca, mucosa, puriformi, passim sanguinolenta cum tenesmo et nisu graviore atque gemitu.

Hujus loci est: *Colliquatio pinguedinis.*

Fluxus coeliacus (*Mundigl. 85*). Das Fettschmelzen. Gras fondure. Moltengrease. *Angl. Zapalenie sadla. (Ap. I. 131. II. 113. N. Ap. 174).*

Dysenteryja non sanguinolenta in equis interdum obveniens.

a) *Dysenteryja boum epizootica.*

Magenseuche. Ruhrseuche. Ruhr des Rindvieh's. *Dysenteryja bydlq.*

Febris cum dejectione alvina foetida, liquida, subrubida, demum cruenta, viribus digestionis prostratis, ruminatione languescente; morbus non contagiosus a nimis protracta contentione et ruminatione negata oriundus, in solis vectariis bubus observatus; *pesti bouum* male confusus.

Wald. (c). §. 185. *Bojan.* (a) 14. n. 4.
Veith. II. 265.

36. LUES CANUM.

Hundeseuche. Staupe. Fièvre maligne. (*Paulet*). Morve des chiens; maladie des chiens; Toux, rhume. *Санъ кобачъ. Psia zaraza.* (*Piq.* I. 276). *Nosacizna psów.*

Horripilatio calore aucto, ad nares externas praeceteris manifesto, excipitur. Tunicarum oris et narium rubor pressior, lassitudo, pabuli nausea, alvus tarda. Mox profluvium copiosum e naribus, flavescens, viridescens, viscidum; tussis, lacrymatio, lemae oculorum frequentes. Derepente macrescunt aegrotantes, diarrhoea demum et convulsionibus urgentibus; febris indole ex inflammatoria mox in putridam mutata. Morbus tenerae aetati potissimum infestus, contagiosus canino generi, nec nisi semel per vitam, eadem individua invadens. (*Variolis caninis*, v. supra N. 11. b. vulgo et in auctorum libris misceri solet).

Paulet (a) II. 334. *Barrier.* in *Instr.* 1794: 125. *Wald.* (d) 76.

Phlegmasiac organa secretoria detinentes;

Quorsum referri possunt :

Coryza, Catarrhus, Morbus glandulosus,
de quibus supra.

III. FEBRES SYMPTOMATICAE.

Alii morbo primariò veluti symptoma me-
rum accedentes.

37. FEBRIS TRAUMATICA.

Febris vulneraria. Wundfieber. Мъспная
горячка. *Gorączka przy ranach.*

Febris vulneri superveniens, v. c. setaceo
misso.

*Wald. (b). 62. 74. Mogal. (a). II. 94.
White I. 76.*

38. FEBRIS SUPPURATORIA.

Eiterungsfieber. *Gorączka przy ropieniu.*

Ephemera, inflammationum in suppuratione
vergentium comes. Intercurrit interdum
ubi inflammatio in desudationem versa.

39. FEBRIS HECTICA.

Febris lenta. Zehrfieber. Schleichendes
Fieber. Fièvre lente, hectique. Fortraiture.
Чахотная горячка. Zbieżenie (N. Ap.
190). *Gorączka niszcząca, wycięzaiąca.*

Febris quotidiana in morbo longo cum ma-
cie incedens, suppurationum protractarum co-
mes, interdum morborum cum gravi dolore
incedentium.

Instr. 1792. 216.

CLASSIS II.

MORBI SINGULORUM CORPORIS SYSTEMATUM ABSQUE NECESSA- RIA PYREXIA.

I. NEUROSES.

Sensus et motus laesi sine pyrexia idiopathica.

40. VETERNUS.

Mania. Melancholia placida. Lethargus. Vertigo *passim*. Phrenitis et apoplexia *falso*. Der Koller. Der stille Koller. Dummkoller. L'immobilité. Le vertigo. Оѣморѣѣ. Оупарѣ. Вершеніе головы (Рос. К. II. 242). Родимца? *ib.* Zakret czyli zaciętość spokoyna (*Ap. J.* 90). Szaleństwo ciche. (*Piqt. I.* 190). Gnuśny wartogłowy koń. (*Rohl.* 104). Zawrót łba. Cicha Kolera. (*Rud.* (b) 101). Zawrót głowy spokoyny (*Ap. I.* 90). Zawrót głowy. (*N. Ap.* 62).

Sopor atque somnolentia cum absentia mentis chronica, intercurrentibus *passim* paroxysmis furibundis, pulsum frequentia immunita. Morbus in equino genere frequentior.

Dupuy in *Jour. gen.* Novem. 274. comparat morbum cum catalepsi et vestigium constans in eadaveribus dicit caseosam molliem medullae spinalis in regione lumbali. *Wald.* (a). 185. *Wolst.* (f).

41. RABIES.

Hydrophobia. Hygrophobia. Die Wuth. Tollwuth Wasserscheu. La rage. Бішенство. *Wścieklizna.* (*Piqt. I.* 278. 292. *Rud.* (b) 191).

Morbus contagiosus, morsu quoruncunque

animalium rabidorum oriundus, per vulnera inflicta repens, cupiditate mordendi, delirio furioso, subsultu tendinum, motibus convulsivis, salivatione copiosa, potus horrore, in ruminantibus continuo mugitu, insignitus. Nuperrime *Drⁱ Marochetti*, ad basin linguae sub frenulo, pustulae inventae, aliae limpidae magnitudinis granorum cannabis, humore lymphatico repletae, aliae pellicula minus transparente tectae, interpositae cum ulceratione.

Journ. gén. 1823. vol. 84. Sept. 555. sq. pustularum observatio *Drⁱ Magistel* confirmata. *Walding*. in *Med. Jahrb. Greve II.* 38. 51. negat sues rabidos aquae horrore periclitari. *Instr.* 1782. 228. *Wald.* (d), 143. *Renner.* *Tolnay.* 197. *Veith.* II. 490.

42. SATYRIASIS.

Priapismus. Saamenkoller. Krampfhaftes Steifigkeit d. Ruthe. Zu grosse Brünstigkeit. (*Pilger*). Priapisme. Ярость. Zbytnia chuc płciowa. (*Piq^t.* I. 188). Stężenie członka. (*ib.* 187). *Szał płciowy*.

43. NYMPHOMANIA.

Furor uterinus. Mutterwuth. Mutterkoller. Stiersucht. Fureure utérine. Мамочное бѣшенство. Szalenie maciczne. (*Piq^t.* I. 198). *Szał płciowy*.

Agitatio furibunda cum effreni cupidine cocundi, in masculis continua membri erectio, in foemininis genitalium tumor, rubor atque mucii stillicidium.

Frenzel (a) II. 784. III. 161. *Pilger.* II. §. 1322. sq.

44. TRISMUS.

Maulsperre. Kinnbackenzwang. Klemme.

Trisme. Судорога въ челюстяхъ.
(Рос. К. IV. 242). Судорожное сжатие
рта. (Цор. 673). Tryzm (Piat. I. 170).
Febra zaraźliwa z tryzmem (ib. 159). Szczęk
ściśnienie. (Rohl. 112). Ścięcie szczęk. Kurcz
szczęki dolney.

45. TETANUS.

Elephia (Veith.) Starrsucht. Starrkrampf.
Hirschkrankheit. Mal de Cerf. Оценене-
ние. Одебенблоснь. Kurcz powszechny.
Konwulsya. (Ap. II. 93). Kołowatość. Flux,
Naruszenie mozgu, (ib. I. 93. 96). Tetan.
(Piat. I. 170). Rumatyzm koński. (N. Ap.
56). Kurcz kołowaty.

Musculorum rigor imprimis masseterum et
pterygoideorum, membra plus minus rigida,
cauda porrecta, saepe in alterutrum latus
flexa, subinde tremula; rigor interdum mus-
culorum abdominis ut quasi lignei evadant,
inde respiratio auxia et laboriosa, stridor den-
tium; capite sursum moto, membrana nicti-
tans prosilit et totum fere bulbum contegit.
Obvenit interdum trismus sine tetano, hic ve-
ro nunquam illo absente. Morbus in equino
genere frequentior quam in homine.

Act. Hafn. Wolst. (f). Wald. (a). 180.
(b). 154. Veith. II. 482. Bohlman. Tolnay.
121. Abilg. 165. Mogal. (a) I. 206.

46. EPILEPSIA.

Sideratio. (Ruell. II. 106). Fallsucht.
Schwindel. Mal caduc. Epilepsie. Паду-
